

Hermann Schuckmann Meinhardus Grave

Collegii Theologici Disputatio Quarta De Imagine Dei In Homine

Rostochi[i]: Kilius, 1648


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738368687>

Druck Freier  Zugang



R. U. Nicol. 1648

Schückmann Hermann
der Fürberger Jahr. III.
der Graue Jahr. IV.
Karl v. Esden Johannes Jahr. V.
S. Köndt Jahr. VI.
A. Helber Jahr. VII.



COLLEGI THEOLOGICI
DISPUTATIO QUARTA
DE
IMAGINE DEI
In
HOMINE

34.

Quam
ADJUVANTE GRATIA
SPIRITUS CHRISTI,

Cum Consensu Amplissimæ Faculta-
tis Theologicæ, in incluta Universitate
Rostochiensis,


P R Æ S I D E
V I R O

Plurimum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,

D N. HERMANNOSCHUCK-
MANN, SS. Theol. Doctore & Professore
Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore,
suo omni honoris cultu prosequendo

*Publicè in Auditorio Majori, die 30. Decembris
Examinandam proponit,*

MEINHARDUS GRAVE,
Buxtehudensis.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. Anno 1648.

34

COLLEGIUM THEOLOGICUM
DISPUTATIO QUARTA
DE
IMAGINE DEI

HOMINE

Quam

AD IUVANTEM GRATIA

SPRITUS CHRISTI

Cum Conclava Amphibolima Facultate
in Theologia in aula Universitatis

Rostochiana

GRATIA

VITIO

Phisicum Rostochianae, Christiano ad Excolendum

D. HERMANNUS CHUCK

M. A. N. O. S. S. T. P. O. L. D. O. C. T. O. R. & P. R. O. F. E. S. S. O. R.

Publico Censorum, in capite & Promotorum

in Universitate Rostochiana

Publico in Universitate Rostochiana de Decretis

Examinandis

MEINHARDUS GRAVE

Direktor

in

Rostochia

THEOLOGICUM COLLEGIUM ROSTOCHIANUM

Integra *felicitatem* prestabas, perditam *risistem*,
Instaurata *novum* sistis **I M A G O** *virum*.
Primam Factor donas, Miserator *ademptam*
Condonas, reddis. *Gloria tota* **D E O**!

Ita diserturo de Imagine Dei Dn. **R E S P O N D E N T I**
applaudis

P R A E S E S.

Splendida sacriati quondam fulgebat Imago
Numinis, in prisco quae condita plasmate, dextrè
Ectypus Archetypo correspondebat: iniquo
Lucronis stygij vasframento occidit; Eheu
Qui similem **J O V A E** frustra affectabat honorem,
Perquam dissimilem nactus cacodæmonis astu,
Sed restaurata hæc per Christum novimus. Illa
Nunc doctè expendis *Juvenis Doctissime* prestò
Gratia sit **J E S U**, quæ lumen reddet amicum.

Prestantisimo Dno **R E S P.** gr.

M. Johannes Corfinius
Eccles. ad D. Mar.

Quam, ubi misera queritur per carmina fletu,
Opprobrium domus perenne cecropia,
(Dum soles, & frustra morientem vocibus *Itym*
Gemit) Hirundo justa solvens filio:
Ultima sic hominum facies, & perditam primò
Parente Imago Numinis requiritur.
Tu tamen interea monstras qui reddita priscae
Imago Imaginè **D E I** reverserit;
Avia Calvinii. Photini, ac somnia Papa,
Tanto recludè disputando *Breside*.
Perge age; præclarè quondam quoq; Imagine, **G R A V I**,
Hæc mentù instrues Imaginem suæ.

Ita deproperando amica mente Dn. **R E S P O N D E N T I**
ML. Q. gratulatur

Gregorius Michaël, Rostoch.

M. J. C.

M ἤλον ἀπορρήθην τῶ δρέψαι, εὐα ἀβέλας
Γ οἷτε συγγενικῶ πῶσιν ὑπῆρξε βροτῆς.
ΑΙ Κτθ ὁμῶς ὀργᾶν Ἀδὰμ εἰκόνα κτισῶ ὄλεσε.
P αἰσὸς κῆ ἐβίω πάντα βίον σφέτερον.
ΝΑ ἰ, ὅτε μὴ ἀλόγησε Θεῷ πρὸς αἰγματοῦ, αὐτῶ
Α γλαόπαιδι ἔσθ' ἄφθιτα τέκνα αἰεί.
P ηγνὺς δὲ πρὸς αἰγματοῦ Θεῷ, γέννησε τὰ τέκνα
B λαπικὰ, πανώλη, ἡλεὰ καὶ μισρά.
Δ ἐξιπερῶς διδαχῆς ΦΙΛΑΔΕΛΦΕ πρὸς αἰγματοῦ ἐκείνης,
I σαθ' ἐφίσαθ' ὁδοῖς τῶο λόγιο Θεῷ,
ΟΣ πῆς αἰδρεῖσθαι νόοιο λόγιο ἀμαρτεῖ
ΟΣ τληγας μανεῖ θεοκέλε εἰκῆ ἐκῶν.

Amoris ergo, Amico suo Dn. Respondenti fecit

Theodorus Jordan, Lüneburgen:

Certum est Adamum, quem Deus e rudi
 limo creavit, particulam suis
 primæva, & infecti appetitus,
 vim generi apposuisse nostro.

Hinc non sacrata splendet imaginis
 in mente lampas: protinusheu! graves
 culpas & infandum piaculum
 improba quod peperit generix.

Hoc erudite. præsidio, Gravi
SCHUCGMANNIANO ostendis & acriter,
 credenda propugnans verendi
 dogmatis & fidei solubris.

Urge institutum Jova tibi suum,
 demittet altis flamen ab asteris,
 & mox dabit condignum honorem,
 hoc iter, hæc via monstrat astra.

In honorem Dn RESPONDENTIS populari
 ac amici multum dilecti app.

Henricus Detherdingius Buxtehudenfis.

DISPUTATIO II.
DE IMAGINE DEI IN
HOMINE,

§. I.



Finis & objectum Theologiæ secundarium Homo est. Hujus ex creatione perfectio, eaq; eminentior, quam cæterarum creaturarum visibili-um (quod arguit antecedens divina consultatio) tum essentiam tum beatitudinem concernit. *Essentiam* hominis absolvunt corpus & anima, cum potentiis utriusq;. *Corpus* originaliter è terra formatum, materiale simul & organicum est. Hic notamus I. Principium, idq; vel commune & primum (quoad productionem viri) vel proprium & ex primo ortum, (in extructione mulieris) *Communū* utriq; sexui materia in genere תַּרְכָּמָה est, h. e. vi vocis, Terra rubens, nec colori sanguineo absimilis, qualis γ. g. argillaris est. In specie תַּרְכָּמָה עֶפְרַיִם pulvis ex terra, i. e. tenuissima & minutissima terræ portio, (quomodo cum cinere conjungitur Gen. 18 v. 27.) à quâ & ipse homo denominatur Gen. 2 v. 7. cap. 3 v. 19. & in quam ratione corporis ultimò resolvitur d. l. & ex quâ deniq; idem in novissimo die virgute divinâ resuscitatus redibit Job 19. v. 25. seq. *Propria* respectu mulieris fuit עֲצָמָה costa ex viro sumpta, eaq; non nuda, sed particulis carnis vestita, in viraginem divinitus edificata, quæ inde & os de ossibus viri & caro de carne ejus nuncupatur Gen. 2. v. 21, 22, 23. II. Terminum, qui est in genere תַּרְכָּמָה item χοιρός; Quæ nomina utriq; sexui communia, tametsi ratione originis viro specialissimè tribuuntur Gen. 1. v. 26. 27. cap. 2 v. 25. 1. Cor. 15. v. 47. In specie corpus humanum, digito Dei instar vasis è terrâ efformatum, certis organis instructum (quod declaratur similitudine artis figulinæ Jes. 29. v. 16.)

S. e. ANIMA primo homini à Deo inspirata est Gen. 2. v. 7. Hic notetur I. in inspiratum ipsum, dictum נְשִׁמָּה חַיִּים spiraculum vitarum; ab hoc enim est potentia vegetans, sentiens, omniumq; suprema rationalis, nec non consequenter vita omnis, quæcunq; cadere in hominem potest; non exclusâ spirituali, seu intellectuali naturæ concre-

D

RESP.
MEINHARD
DO GRAD
VIO, Bux
dehud.

tà. II. Inspirans, Deus & Spiritus oris ejus. III. Objectum, quod generaliter est corpus è terrâ productum, specialiter facies & nares hominis, tum quod in his sese potissimum exferit halitus & vita, tum quod à capite velut principio, dirigente, Spiritus & motus omnis in reliquum corpus diffunditur. IV. modus inspirandi qui corporeus non fuit; siquidem nec Deus talis est, nec Spiritus Dei: Analogum quid habemus *Joh. 20. v. 22.* an autem facta sit prima inspiratio mediante leni quodam halitu vel flatu à Deo excitato, in medio relinquimus. V. Finis & Effectus, nempe ut esset homo in animam viventem, h. e. ut ex inanimato animatus fieret. Hic controversitur de origine animæ in naturâ conditâ, & *Q. an creata corpori infundatur, an verò generando propagetur?* R. etsi non educitur è potentia materiæ (repugnat enim spiritualis natura) generatione tamen ut ex uno sanguine omne genus hominum, sic ab anima unius cœteræ propagantur, & velut lychni à lychno accenduntur; non tamen citra providentiam & influxum virtutis divinæ *vid. Disput. 3. de providentia.*

S. 3. Perfectio, quæ ad beatitudinem spectat, est IMAGO DEI. Hæc pro diverso Hominis statu consideratur ut Integra, Amissa, Restituta, tum inchoativè tum consummativè. De *Integritate* observamus I. Sedem hujus Articuli, Historiam nempe creationis, unâ cum locis scripturæ, quæ agunt de interiore homine & renovatione mentis secundum imaginem Dei. II. Phraseologiam Spiritus S. ubi notæ seqq. I. Imago Dei exprimitur vocibus *תְּמוּנָה* & *צֶלֶם*, quibus respondent *εἰκὼν* καὶ *ὁμοιωσις*. Illud signat, representatio nem unius in altero, hoc similitudinem seu convenientiam cū archetypo. *Q. hic, an & quomodo differant* *צֶלֶם* & *תְּמוּנָה*? R. Distinguantur (ut modo indicatum) formaliter, sed re coincidunt; & significant conjunctim imaginem valdè similem vel simillimam: unde in sacris & permutantur & promiscuè adhibentur *Gen. 1. v. 26. 27. c. 5. v. 1. confer. v. 3.* (non tamen absq; ratione & ordine) ità ut non solum *תְּמוּנָה*, sed *εἰκὼν* quoq; inferat rectitudinem debitam *1. Cor. 15. v. 49. 2. τὸ* Create vel facere hominem *צֶלֶם אֱלֹהִים* in vel cum imagine Dei, est communicare homini id, quod est adumbratio Dei, referens ipsius sapientiam, justitiam, sanctitatem, gloriam, 3. geminatio, quæ est *Gen. 1. v. 27.* infert non solum certitudinem ac veritatem rei, sed & complectitur totalem Dei imaginem, cujus capax homo fuit, quâq; ipsâ per lapsum privatus est, & sic *κατ' ἐξο-*

ἡν̄ν̄ præcipuas illius partes, quib̄ hæc determinatur *Eph 4. v. 24.* insinuat
 4. Particulæ ὅτι ἐν εἰς , innuunt, non tantum concreatam esse homini ima-
 ginē Dei, sed & hæc continendū eundem intrā terminos perfectionis de-
 bitæ. 5. Particulis ὅτι, ὅτι (præfixâ τῷ ΠΙΠΤ) significatur ratio convenien-
 tiæ cum archetypo, & distinguitur per has, sicut & per τὸ ὅτι , imago con-
 creata ab increata, λόγῳ , qui esse dicitur non secundum similitudinem,
 sed ipsa imago invisibilis Dei $\text{καὶ ἀπύκρωστος μα τῆς δόξης καὶ καρακτῆρ
 τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ}$ *Col. 1. v. 15.* *Ebr. 1. v. 3.* Hinc Q. *an imago Dei con-*
stituat hominem, essentialē Dei filium? N. Hic enim non est nisi uni-
 genitus. 6. pro declaratione præcedentis ἐρμηνείας, observetur distinctē
 circā imaginem concreatam (1.) Archetypus, juxta quem facta adum-
 bratio; ipse Deus. *Eph. 4. v. 24.* non Angelus (2.) subiectum in quo facta,
 homo & potissimum superiores animæ facultates intellectus & volun-
 tas (3.) norma immediata, sapientia, justitia, gloria DEI. (4.) ipsum
 normatum in homine, seu id, quod juxta DEUM ad normam at-
 tributorum & beatitudinis ejus, communicatum homini est; de quo
 in seqq. (5.) Modus communicationis, qui in concreando residet.

§. 4. III. Rei naturam, secundum quam consistit Imago Dei. I. in
 sapientiâ intellectus & cognitione perfectâ 1. Rerum omnium natura-
 lium. Hinc cujuscunq; naturæ conveniens ὁρομα *θεοῦ* *Gen. 2. v. 19.*
 2. Hominis ipsius. Hinc agnitio non tantum mulieris antè non visæ,
 sed & materiæ, ex qua constabat illa *v. 23.* (3.) Dei & rerum supernatura-
lium ad æternam beatitudinem pertinentium *Col. 1. v. 10.* Principium
cognitionis fuit tum natura tum revelatio divina. Hic Q. *1. an in ho-*
mine integro crescere notitia potuerit? Aff. Licet enim utraq; Theolo-
 gia naturalis & revelata in perfectione suâ excelleret; exc. olenda tamen,
 augenda excitandaq; erat, sicut & Paradisus non modo custodiendus
 sed & colendus fuit. 2 Q. *qualis statuenda revelatio ip̄ integritate?* R. Et-
 si ob lucem mentis integram, multo illustrior, quam hodiè est, profus
 tamen immediata censenda non est, quod pater ex verbo divinitus pro-
 posito *Gen. 2. v. 16, 17.* Et sic distinguenda à revelatione futuræ vitæ, quæ
 erit ὡς ὅσων ὡς ὅσων , ubi Deus omnia in omnibus. Ex co-
 gnitione perfectâ fluit rectum & veritati conveniens rationis iudicium,
 cujus exemplum vid; *Gen. 2. v. 24.* II. in rectitudine voluntatis, quam ab-
 solvit Justitia & Sanctitas veritatis, secundum Deum *Eph 4. v. 24.* Hinc

pendet inferiorum potentiarum, omniumq; sensuum interiorum & exteriorum, nec non membrorum singulorum, cum voluntate divinâ conformitas, & ad faciendum bonum ab intellectu monstratum, & voluntate desideratum, expedita promptitudo *Rom. 12. v. 1. 2. 1. Thes 5. v. 23.* Universum hoc probatur ex historiâ, ab ignominia & nuditate, (qui effectus injustitiæ est) tegumento velandæ absentia *Gen. 2. v. ult. conf. 2. 3.* III. in totius hominis ex anima & corpore constantis immortalitate, referente ἄφθαρτον τὸν θεόν *1. Tim. 1. v. 17.* (non obstante quod hic solus habet ἀθανασία, *c. 6. v. 16.* siquidem ista Deo essentialis & simpliciter immutabilis est; Secus in creaturis. vid. *Disp 2. §. 8.*) Probatur tum ex opposita morte ejusq; principio, peccato *Gen. 2. v. 17. Rom. 5. v. 12.* tum vestium à frigore aliisq; incommodis vitæ corpus hominis tuentium negata indigentia, & nullo (durante integritate) metuendo periculo externo. *Luc. 1. v. 74. Ebr. 2. v. 15.* IV. in potestate ac dominio in omnia animantia & terram universam *Gen. 1. v. 26.* sine luctâ, coactione & metu servili. Hinc patet decisio *Q an in integritate locus fuisset imperio superiorum inferiori? & fuisset dignitas directrix, Maritatis & Patriæ, sed cum voluntario obsequio filiali & conjugali conjuncta.* Vi illius vir vocatur peculiariter imago & gloria Dei, quam hoc ipso representat, *1. Cor 11. v. 7.* Hic *Q sed curiosè, an & mulier creata ad imaginem Dei? Aff ex Gen. 1. v. 27. c. 5. v. 1.* non obstante directione maritali, quæ dominium in terram, mulieri quoq; concessum *Gen. 1. v. 26. & seqq.* non tollit, multò minus originalem justitiâ & sanctitatem ei adimit.

§. 5. Fructus simul & usus imaginis divinæ versatur I. generaliter in fruitione bonorum Paradisi, horti illius deliciarum; in primis Arboris vitæ, facultatem habentis ex ordinatione Domini, conservandi vitam acceptam & producendi usq; ad æternam. Quod non fuit exigua felicitatis concreta portio. II. in custodia & cultu nobilissimi illius domicilii *Gen 2. v. 15.* Hic *Q (1) an homini in integritate laborandum fuerit? Aff, sed sine molestia & difficultate (2) quid statuendum de paradiso? & id statui-* mus certò quod scriptum habemus *Gen. 2.* cætera incerta suo loco relinquimus. III. in probatione & exercitio debitæ Deo obedientiæ, quoad abstinentiam, cujus objectum erat vetita à Deo Arbor scientiæ boni & mali, quæ ita dicitur ab eventu, boni amissi & mali attracti sensu atq; experientia. *Gen. 3. v. 7.* Finis est confirmatio in bono & translatio hominis (exple-

(expleto obsequio secundum Dei præscriptum) in paradysum celestem
à constitutione mundi præparatum Matth. 25 v 34.

§. 6. Fundamentum totius imaginis divinæ in homine est *πρωτό-
κτιστος* *πλάσθης κτιστός*, filius Dei Col. 1. v. 15. 16, 17. In hoc & ipse Homo uni-
versam suam beatitudinem obtinuit, adeo ut tamdiu beatus esset, quam-
diu in imagine invisibilis Dei, *λόγῳ* æterno, firmus perseveret, eundemq;
non alium sequeretur. Hic *Q an imago Dei primæva fuerit præcisè statu-
ta vel ipsa humana natura Christi λόγῳ unita?* N. siquidem incarnatio
non integro homini sed peccatori medetur.

§. 7. Certamen hic est I. in genere de Origine imaginis primævæ &
Q an sit bonum naturale an verò donum supernaturale? Als. i. Non pen-
det ex conditione sive materiæ sive formæ, nec est ipsa hominis substan-
tia, vel substantialis animæ pars seu facultas, sed bonum à Deo commu-
nicatum, & quidem. ii. non externus duntaxat ornatus, sed intima ho-
minis perfectio. iii. inest naturæ integræ non ex supervenienti aliquâ
speciali gratia, sed ex primâ hominis origine (idem in specie valet
de immortalitate) & hoc respectu non supernaturale sed naturale bo-
num est. Probatur i. ex creatione Gen. 1. v. 27. ubi imago Dei cum pro-
ductione substantiæ conjungitur; adde. 2. v. 7. ubi spiraculum vitæ omni
omnem animæ perfectionem tam ratione essentiæ, quam beatitudinis
infert. vid. §. 2. (i.) ex propagatione in posteros, mediante generatione.
Gen. 1. v. 27, 28. II De perfectione cognitionis in homine primo. Hanc
abstractam vide §. 4. Nec est quod obijcitur, non novisse Adam se ipsum
nudum, & distinguendo inter simplicem & pudendam nuditatem
Conf. Gen. 2. v. 25. cum 1. 3. v. 7. Non illam demum post lapsum, sed
hanc, sicut & omne malū, sensu & experientiâ didicit; quod ipsū non nisi
miseriæ & imperfectionis est. III. de originali justitia & sanctitate, & *Q.
primo, an statuenda appetitus & rationū carnū & spiritus pugna?* N.
quia in integritate principii lactæ nullum. Secundò *an in justitia & san-
ctitate, an vero in externo duntaxat honore imago Dei consisteret?* Als. i.
Imaginem Dei primo ac principaliter absolvit originalis rectitudo, ju-
stitia & sanctitas veritatis, secundum Deum. probatur i. ex Col. 3. v. 10. Eph.
4. v. 23. 24. ubi alter locus alterius interpretatio est 2. quia justitia est
summus similitudinis cum Deo & perfectionis gradus Matth. 5. v. 48.
1. Pet. 1. v. 15. 3. in hac beatitudo hominis consistit. 4. ejusdem priva-
tio damnationis causa est. II. Dignitas dominii in terram est quiddam

quod secutum fuit principem hominis perfectionem, utpotè concessa eidem ad imaginem Dei formato *vid. Nexus Gen. 1. v. 26, 27, 28. IV. De immortalitate, & Q. an homo, si vel maximè non peccasset, nihilo minus mortalis fuisset?* N. Ratio sumitur 1. à perfectione & beatitudine hominis, cui mortalitas ex conditione naturæ repugnat 2. à causa mortis, quæ non natura sed superveniens peccatum *Gen. 2. v. 17. Rom. 5. v. 12. c. 6. v. 23. 3. à negatione causarum corruptentium: Siquidem æquabile corporis temperamentum, morbos omnes, & reliquarum creaturarum omnimoda subjectio, externam violentiam metumq; periculi excludit. Nec obstat 1. in genere (animale fuisse corpus homini 1. Cor. 15. v. 44, 45. R. Sed & imagine Dei instructum fuit, 2. in specie ad sui sustentationem eguisse cibus &c. Gen. 1. v. 29. R. cibus præstare debebat, ne vita, quæ naturalis homini erat, esse desineret 3. propagandum fuisse genus humanum, procreatione liberorum Gen. 1. v. 28. R. multiplicatio servat speciem, ejusq; interitum negat. 4. ad vivere hominis in perpetuum, pendere ab arbore vitæ Gen. 3. v. 22, 23. R. à positione mediorum conservantium, ad negationem naturæ & ordinationis naturalis, N. V. C. 5. in pulverem resolvi, qui pulvis est, Gen. 2. v. 7. c. 3. v. 19. R. notatur hic non eadem ortus & interitus causa, sed identitas termini à quo in formatione, & ad quem in resolutione,*

§ 8. Præsentis imaginis divinæ opponitur *Amisio* seu privatio ejusdem, de qua controversitur, *num lapsu Protoplastorum perditæ sit nec ne?* Ass 1. Amisiam esse probat (1.) sensus nuditatis pudendæ, item metus & horror ex peccato, *Gen. 3. v. 7, 8, 9, 10.* quibus contrariatur decus, *παρρησία, ἀνυπόκριτα* ex originali justitiâ. Huc refer maledictionem terræ, molestiam laborum, dolores partus, expulsionem ex paradiso, &c. *Gen. 3. 2. generatio carnalis ad imaginem Adami, opposita creationi ad imaginem Dei Gen. 5. v. 1, 2, 3, 1. Cor. 15. v. 22, 49. 3. Scripturæ consentiens experientia, quæ testatur de tenebris in intellectu nostro Eph. 4. v. 18 de injustitia & ἀταξία, in voluntate & operationibus Psal. 14. v. 2, 3. de morte Rom. 5. v. 12. de servili conditione Ebr. 2. v. 15. & summatim de privatione gloriæ Dei Rom. 3. v. 23. 4. Renovatio ad imaginem creatis nos, Eph. 4. v. 24. Col. 1. v. 10. II. Aliquid relictum est, post lapsum, quod & arguit imaginem Dei amisiam, & suo modo ad quarrendam restitutionem & renovationem ducit, & sic ad reverentiam Deo ut creatori & restauratori debitam impellit. Atq; hoc respectu vocatur imago & similitudo Dei *Gen. 9. v. 6. Jacob. 3. v. 9.* Huc pertinent*

I. no.

1. notitiæ naturales in sicæ & exfufcitandæ, quas in se veritatem esse, & aditum quodammodo parare ad lucem gratiæ, ostendimus *Disp. 2. §. 3. 4.*
 2. dominium in animantia, divinitus homini lapfo confirmatum *Gen. 9. v. 1, 2. conf. Pſal. 8.* (Ex hoc principio colligere homo potest se non prorsus à Deo desertum vel abjectum esse; Secus est cum Diabolo.) Fundamentum est odor bonæ fragrantæ, seu intuitus meriti Christi pro conservatione & restauratione hominis ordinati *Gen. 8. v. 20, 21. Eccl. Sed & III. quantulumcunq; remansit, imperfectum, corruptum, & mutationi obnoxium est.*

§ 9. *Restitutio* imaginis divinæ vocatur in Sacris inter alia I. Sanctificatio, qua separatur homo à servitute peccati ad serviendum Deo viventi, & obtinendam in eo beatitudinem æternam. *Rom. 6. 2. Renovatio*, quæ consistit in depositione veteris & assumptione novi hominis, qui creatus est secundum Deum in justitiâ & sanctitate *Rom. 12. v. 2, Ephes. 4. v. 24. Col. 3. v. 9, 10.* estq; hîc Creatio spiritualis: Undè *καὶ νῦν ἀποκαταστασὶς 2. Cor. 5. v. 17. Gal. 6. v. 15.* 3. *Transformatio ad imaginem* (gloriam) Domini, *2. Cor. 3. v. ult.*

§ 10. *Causa efficiens principalis* Renovationis vel transformationis est Deus Trinus, Pater, filius & in specie Spiritus sanctitatis Dei *Job. 17. v. 17. Eph. 5. v. 25, 26. Pſ. 15, v. 13, 14.* Organica sunt, verbum & sacramenta, *dictis locis.* II. *Norma* est imago Christi in cruce simul & gloriâ *Rom. 8. v. 17, 29. Phil. 3. v. 21. 1. Cor. 15. v. 49.* Et sic per Christum ad imaginem Dei renovamur. III. *subjectum* totus homo, præcipue verò mens hominis *Rom. 12. v. 2.* cujus renovationem deinde sequitur vivificatio & *ἀπολύτρωσις τῆς σωματ. Eccl. 8. v. 11, 23. Plil. 3.* IV. *Terminus à quo*, peccatum s. vetus homo. *Ad quem* in genere creatura nova, in specie corporum & spiritus firmus *Pſ. 51. v. 12.* quæ absolvuntur salutari Dei cognitione, justitiâ & sanctitate *Eph. 4. Col. 3.* Atq; in his consistit imago Dei restaurata. V. *Forma* sanctificationis notatur I. in initiatione quæ fit per Baptismum *Tit. 3. v. 5.* 2. in continuatione per mortificationem carnis & vivificationem spiritus, virtute verbi, Baptismi & Coenæ Dominicæ *Rom. 6. 6, 8. 1. Cor. 11.* Huc refer exercitia continuæ poenitentiae & novæ obedientiæ, suos admittentia gradus (3) in consummatione per perfectam cum Deo conformitatem *Col. 3. v. 3, 4. 1. Johan: 3. v. 2.* Hic *Q. 1. quanam differentia sit restitutionis imaginis Dei, prout vel presentis est vel futura vitæ?* R. illa fit mediare per fidem, & conjuncta est cum luctâ, infirmitatibus periculis, metu, passionibus, adeoq; & imperfecta: hæc immediata visio- nis & ab omnibus istis remotissima, tamen hujus principium illa est:

2. an & quomodo differat felicitas in statu primavo à beatitudine fidelium glorificatorum? R. illa naturalis fuit, hæc supernaturalis, illa mutari potuit, hæc non item, illa consistebat cum homine animali, hæc totum spiritualem facit, estq; priori excellentior, tum ob arctiorem & intimiorem nostri cum Deo unionem, pendentem ex carnis Christi, qua naturæ nostræ factus est ὁμοῦσι, infinità majestate & gloriâ; tum ob majora præmia, æstimata secundum antecedentes fidelium passiones, quæ in naturam hominis integram (addo & in Angelicam) cadere non possunt. VI. Fundamentum renovationis est Redemptio facta per Christum, eaq; applicata credentibus, intercedente Regeneratione, & Unione spirituali.

S. II. Regeneratio (παλιγγενεσία) opposita generationi carnali, ex filiiis iræ filios Dei facit. Pater h. l. Deus ipse est. Semen verbum Dei. Finitis spes viva, pro objecto habens hereditatem incorruptibilem. Fundamentum Resurrectio Christi ex mortuis, & hujus principium Incarnatio τῷ λόγῳ. Forma receptio Christi per fidem Job. 1. v. 12. 13. 14. 1. Pet. 1. v. 3. seqq. Hinc UNIO spiritualis, constituens ex capite & membris unum Corpus mysticum (distincta ab unione personali, quâ duæ naturæ divina & humana unam personam, θεάνθρωπων efficiunt) Conferunt cum unione in humanis omnium arctissimâ, conjugiali, ex duobus unam constituyente carnem, estq; hic mysterium magnum Eph. 5. v. 32. conf. Gen. 2. v. 23. 24. Uniti ab unâ parte sunt Ecclesia & fidelium singuli, ab alterâ Christus cum Patre & Spiritu S. Job. 14. v. 20. conf. v. 17. s. 17. v. 21, 22, 23, 1. Job 5. v. 20. Principium, vinculum & terminus unionis est unus Dei Spiritus 2. Cor. 3. v. 17. Rom. 8. v. 9. 1. Joh. 4. v. 13. Hinc κοινωνία Spiritus S. 2. Cor. 13. v. 13. Phil. 2. v. 1. 1. Cor. 6. v. 17. 19. Medium respectu nostri fides. Hæc nititur Verbo & Sacramento, inferens nos oleæ vitæ, Job. 15. v. 3, 4. Rom. 6. v. 4, 5. Gal. 3. v. 27. Unionē hanc consequuntur 1. Conversio vel reciprocatio mutua, quâ Deus est in homine & in homo in Deo per fidē 1. Job. 2. v. 24. c. 4. v. 15. 2. Κοινωνία (communicatio) vera, quâ Christus fideles omnes, eorum passiones, benefacta, corpus, animam &c. pro suis reputat Job. 10. v. 14, 15, Col. 1. v. 24. Matth. 25. v. 40. 1. Cor. 3. 23. c. 6. v. 20. ipsiq; vicissim totum Christum cum omni merito, justitiâ, vitâ, gloriâ suam faciunt 1. Cor. 1. v. 30. Gal. 2. v. 20. Phil. 1. v. 21. adeoq; per Christum divinæ naturæ participes fiunt 2. Pet. 1. v. 4. (3.) imitatio Christi in conversatione & vitâ 1. Job. 1. v. 8. e. 2. v. 6. c. 4. v. 17. & conformitas cū eo Rom. 8. (4.) unio membrorum inter se, sub uno capite Christo, per unum omnibusq; communem Spiritum Eph. 4. v. 3, 4, 16.

1. notitiæ naturales insitæ & exsuscitandæ, quas in se veritatum quodammodo parere ad lucem gratiæ, ostendimus
2. dominium in animantia, divinitus homini lapsò confisus v. 1, 2. *conf. Psal. 8.* (Ex hoc principio colligere homo potestus à Deo desertum vel abjectum esse; Secus est cum Dialecticum est odor bonæ fragrantia, seu inuitus meriti Conservatione & restauratione hominis ordinati *Gen. 8 v. 20.*
III. quantumcumq; remansit, imperfectum, corruptum ni obnoxium est.

§ 9. *Restitutio* imaginis divinæ vocatur in Sacris in Ætificatione, qua separatur homo à servitute peccati ad se viventi, & obtinendam in eo beatitudinem æternam. *Restitutio*, quæ consistit in depositione veteris & assumptione, qui creatus est secundum Deum in justitiâ & sanctitate *Ephes. 4 v. 24. Col. 3 v. 9, 10.* estq; hinc *Creatio spiritualis* *κτίσις 2. Cor. 5 v. 17. Gal. 6 v. 15.* 3. *Transformatio ad imaginem Domini*, *2. Cor. 3 v. 18.*

§ 10. *Causa efficiens principalis Renovationis vel transformationis* est Deus Trinus, Pater, filius & in specie Spiritus sanctus *17 v. 17. Eph. 5 v. 25, 26. Ps. 15, v. 13, 14.* Organica sunt, vermenta, *dicta locis.* II. *Norma* est imago Christi in cruce *Rom. 8 v. 17, 29. Phil. 3 v. 21. 1. Cor. 15 v. 49.* Et sic per Christum Dei renovamur. III. *subjectum* totus homo, præter hominis *Rom. 12 v. 2.* cujus renovationem deinde sequitur & *ἀπολύτρωσις τῆς σαρκός* *1. Cor. 6 v. 11, 12. Phil. 3.* IV. *Tempus* peccatum s. vetus homo. *Ad quem* in genere creatura novæ purum & spiritus firmus *Ps 51 v. 12.* quæ absolvuntur salutari ne, justitiâ & sanctitate *Eph. 4. Col. 3.* Atq; in his consistit restaurata. V. *Forma sanctificationis* notatur 2. in initiatione purissimum *Tit. 3 v. 5.* 2. in continuatione per mortificationem vivificationem spiritus, virtute verbi, Baptismi & Cœnæ Domini *6. 8. 1. cor. 12.* Huc refer exercitia continentiæ poenitentia & castitatis, suos admittentia gradus (3) in consummatione per perfectam Deo conformitatem *Col. 3 v. 3, 4. 1. Johan: 3 v. 2.* Hic *Qualitas* *restitutio* sit *restitutio* imaginis Dei, prout vel presentis est veritas. illa sit mediata per fidem, & conjuncta est cum luctu, periculis, metu, passionibus, adeoq; & imperfecta: hæc imago est & ab omnibus istis remotissima, tamen hujus principii

